

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium o  
cum fonte primo

Post naufragium maria temptantur;

nam cuius rei euentus incertus est,  
id ut aliquando procedat sepe temptandum est.

Ibidem (Seneca LXXXIII. epistola).

Post naufragium maria temptantur;  
feneratorum non fugat a foro coctor.  
Cito inertis otio vita torpebit,  
si relinquendum est quicquid offendit.  
Te vero benigniorem haec ipsa res faciat;  
nam cuius rei eventus incertus est,  
id ut aliquando procedat saepe temptandum est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 81.2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.264,  
ll.13-17).